

ПРОТИВ ПРАКСЕЈА*

ADVERSUS PRAXEAN

(ПОГЛАВЉА 8–10)

Quintus Septimius Florens
Tertullianus

Квинт Септимије Флоренс
Тертулијан

Cap. 8. Hoc si qui putaverit me προβολή aliquam introducere, id est prolationem rei alterius ex altera, quod facit Valentinus alium atque alium aeonem de aeone producens, primo quidem dicam tibi, non ideo non utitur et veritas vocabulo isto et re ac censu eius quia et haeresis utatur: immo haeresis potius ex veritate accepit quod ad mendacium suum strueret. prolatus est sermo dei an non? hic mecum gradum fige. si prolatus est,

Гл. 8. Ако ко помисли да ја уводим неко накарадно (προβολή), односно проистацање једне ствари из друге, како је чинио Валентин, производећи еоне један из другог. Да ти прво саопштим: ПравOVERJE не треба да се служи том речју, њеним појмом и смислом, пошто ју је јерес већ искористила на један кваран начин! Побогу, па јерес управо и највише узима од Истине оно што јој треба да изгради своју лаж. Кажи ми: Да ли је Реч Бо-

* Изворник: *Q. Septimii Florentis Tertulliani Adversus Praxean liber*, the text edited, with an introduction, translation, and commentary by Ernest Evans, London : SPCK, 1948. Наставак из претходног броја (превод поглавља 1–3 објављен је у *Теолошким ѿоједима* XLV, бр. 2 (2012), стр. 215–222, превод поглавља 4–5 у *Теолошким ѿоједима* XLV, бр. 3 (2012), стр. 431–434, а превод поглавља 6–7 у *Теолошким ѿоједима* XLVI, бр. 1 (2013), стр. 3–6).

cognosce προβολή veritatis, et viderit haeresis si quid de veritate imitata est. iam nunc quaeritur quis quomodo utatur aliqua re et vocabulo eius. Valentinus προβολαι suas discernit et separat ab auctore, et ita longe ab eo ponit ut aeon patrem nesciat; denique desiderat nosse nec potest, immo et paene devoratur et dissolvitur in reliquam substantiam. apud nos autem solus filius patrem novit, et sinum patris ipse exposuit, et omnia apud patrem audivit et vidit, et quae mandatus est a patre ea et loquitur, nec suam sed patris perfecit voluntatem, quam de proximo immo de initio noverat. quis enim scit quae sint in deo nisi spiritus qui in ipso, est? sermo autem spiritu structus est, et ut ita dixerim sermonis corpus est spiritus. sermo ergo et in patre semper, sicut dicit, Ego in patre: et apud deum semper, sicut scriptum est, Et sermo erat apud deum: et nunquam separatus a patre aut alias a patre quia Ego et pater unum sumus. haec erit προβολή veritatis, custos unitatis, qua prolatum dicimus filium a patre sed non separatum. protulit enim deus sermonem, quemadmodum etiam paracletus docet, sicut radix fruticem et fons fluvium et

жија произнесена или не? Ако јесте, спознај ваљано προβολή, и види како јерес глумата Истину! Хајде сада да истражимо ко и на који начин користи ову реч и њено значење. Валентин своје προβολαι дели и раздваја од Творца и толико их поставља далеко од Њега, да његови еони Оца и не познају. Штавише, када би Он пожелео да Га еони познају не би никако могао то да оствари јер се раствара и растапа у преосталој суштини. Међутим, није тако у нас јер „само Син познаје Оца“ (Мт. 11, 27), и „објавио је Оца“ из „наручја“ (Јн. 1, 18) и све што је од Оца чуо и видео (уп. Јн. 3, 32; 8, 38), пошто говори оно што му је предао Отац (уп. Јн. 8, 26–27) и творио је не своју него „Очеву вољу“ (Јн. 6, 38) коју је познавао од почетка и у потпуности. Јер ко ће знати шта је у Богу, осим Духа који је у Њему? (Уп. 1 Кор. 2, 11). И Реч је Духом изговорена, и, ако ћемо ићи у том правцу, тело Речи (Слова) је Дух. Произилази да је Реч (Слово) увек била у Оцу, како каже: „Ја сам у Њему“ (Јн. 10, 38) и увек код Бога, јер је написано: „И Слово беше у Бога“ (Јн. 1, 1); и никада није постојало одвојено и отуђено од Оца, јер „Ја и Отац једно смо“ (Јн. 10, 30). То је истинито προβολή, чувар јединства, по чему ми Сина називамо произнесеним од Оца, а не одвојеним од Њега. Уствари, Бог је произ-

sol radium: nam et istae species $\pi\rho\omicron\beta\omicron\lambda\alpha\iota$ sunt earum substantiarum ex quibus prodeunt. nec dubitaverim filium licere et radicis fruticem et fontis fluvium et solis radium, quia omnis origo parens est et omne quod ex origine profertur progenies est, multo magis sermo dei qui etiam proprie nomen filii accepit: nec frutex tamen a radice nec fluvius a fonte nec radius a sole discernitur, sicut nec a deo sermo. igitur secundum horum exemplorum formam profiteor me duos licere deum et sermonem eius, patrem et filium ipsius: nam et radix et frutex duae res sunt sed coniunctae, et fons et flumen duae species sunt sed indivisae, et sol et radius duce formae sunt sed cohaerentes. omne quod prodit ex aliquo secundum sit eius necesse est de quo prodit, nec ideo tamen est separatum. secundus autem ubi est, duo sunt, et tertius ubi est, tres sunt. tertius enim est spiritus a deo et filio, sicut tertius a radice fructus ex frutice et tertius a fonte rivus ex flumine et tertius a sole apex ex radio: nihil tamen a matrice alienatur a qua proprietates suas ducit. ita trinitas per consertos et connexos gradus a patre decurrens et monarchiae nihil

нео Реч, чему нас и Утешитељ поучава, као што је корен донео плод, извор пробио реку, Сунце пустило зраке. Баш те врсте $\pi\rho\omicron\beta\omicron\lambda\alpha\iota$ су њихове суштине, од којих проистичу. Уопште не сумњам да није подесно за Сина говорити Плод Корена, Извор Реке и Зрак Сунца јер свако порекло порађа нешто друго и све што потиче од неког почела управо јесте пород. Још више је тако и Реч Божија која прихвата лично име „Син“. И као што се плод не раздељује од корена, ни река од извора, нити зрак од сунца, тако се и само Слово не раздваја од Бога. Тако, на основу свих ових примера изјављујем да говорим о Двојици: о Богу и његовом Слову (Речи), Оцу и Његовом Сину; јер корен и плод су две ствари, али сједињене, извор и река су две нераздељиве врсте, Сунце и зрак су два облика, али повезана. Све што произилази из нечега носи нужност тога из чега долази, али се исто тако не раздељује. А где је Други, тамо су Двојица, а где је Трећи, тамо су и Тројица. Трећи од Бога и Сина је Дух, као што је принос трећи од корена и плода, од извора и реке је трећи поток, од Сунца и зрака је треће исијавање. И ништа се не отуђује од своје матице јер своја својства вуче управо од ње. Тако и Тројица спуштајући се од Оца, преко сједињених и повезаних степенова, не нарушавајући никако монархију и

obstreperit et oeconomiae statum protegit.

Сар. 9. Hanc me regulam professum, qua inseparatos ab alterutro patrem et filium et spiritum testor, tene ubique, et ita quid quomodo dicatur agnosces. ecce enim dico alium esse patrem et alium filium et alium spiritum (male accipit idiotas quisque aut per-versus hoc dictum, quasi diversitatem sonet et ex diversitate separationem pretendat patris et filii et spiritus: necessitate autem hoc dico cum eundem patrem et filium et spiritum contendunt, adversus oeconomiam monarchiae adulantes) non tamen diversitate alium filium a patre sed distributione, nec divisione alium sed distinctione, quia non sit idem pater et filius, vel modulo alias ab alio. pater enim tota substantia est, filius vero, derivatio totius et portio, sicut ipse profitetur, Quia pater maior me est: a quo et minoratus canitur in psalmo, Modicum quid citra angelos. sic et pater alias a filio, dum filio maior, dum alias qui generat alius qui generatur, dum alius qui mittit alius qui mittitur, dum alius qui facit alius per quem fit. bene quod et

одржавајући непромењен положај домостроја (*икономије*).

Гл. 9. И тако држи се свуда овог, са моје стране изведеног, обрасца у коме сам посведочио да су Отац, Син и Свети Дух нераздељиви један од другог, и појмићеш даље шта се и како назива. Но ево, ја кажем да је друго Отац, друго Син, а друго Дух Свети. Лоше разумевају незналице и изопачењаци, то што је речено, трубећи о некој различитости и закључујући по различитости о раздвојености Оца, Сина и Духа. Ја говорим о овоме према нужди, колико они који лажљиво ударају против домостроја једноначалија (*икономије монархије*), и држе да су Отац, Син и Свети Дух Један. Односно кажем да је Син другачији од Оца, не по различитости него по распоређењу, не према подели него према посебности, по чему нису Исто Отац и Син, јер се један од другог разликују по начину [свога постојања]. Јер Отац је цела Суштина, Син је извођење Целине и њен удео, како и сам вели: „Отац Мој је већи од мене“ (Јн. 14, 28). И у псалму пева о умањености „Мало мањег од анђела“ (Пс. 8, 6), тако је и Отац другачији од Сина, већи од Сина, јер је другачији онај који рађа од онога који се рађа, један је онај који шаље, а други је онај који је послан, Један је онај који је стварао, а Други је онај кроз кога је било створено. Добро је што и Господ, искористивши управо ту реч, везано за

dominus usus hoc verbo in persona paracleti non divisionem significavit sed dispositionem: Rogabo enim, inquit, patrem et alium advocatum mittet vobis, spiritum veritatis. sic alium a se paracletum, quomodo et nos a patre alium filium, ut tertium gradum ostenderet in paracleto, sicut nos secundum in filio, propter oeconomiae observationem. ipsum quod pater et filius dicuntur nonne aliud ab alio est? utique omnia quod vocantur hoc erunt, et quod erunt hoc vocabuntur, et permiscere se diversitas vocabulorum non potest omnino, quia nec rerum quarum erunt vocabula. Est est, non non: nam quod amplius est hoc a malo est.

Cap. 10. Ita aut pater aut filius est, et neque dies eadem et nox neque pater idem et filius, ut sint ambo unus et utrumque alter, quod vanissimi isti monarchiani volunt. ipse se, inquit, filium sibi fecit. atquin pater filium facit et patrem filius: et qui ex alterutro fiunt a semetipsis sibi fieri nullo modo possunt, ut pater se sibi filium faciat et filius se sibi patrem praestet. quae instituit deus etiam ipse custodit. habeat necesse est pater filium ut pater sit, et filius patrem ut filius sit. aliud

лице Утешитеља означава не поделу него распоред: „Умолићу“, рекао је, „Оца и Он ће вам послати другог Заступника (Утешитеља), Духа Истине“, тако, дакле, од Себе, али другога, „Утешитеља“, пошто и ми познајемо Сина – други Степен од Оца –, а Трећим Степеном се указује на Утешитеља, пошто ми у Другој видимо Сина, ради држања домостроја (икономије). Син и Отац су један према другом постављени управо онако како се називају. Каквим именима се нешто зове, то тако и јесте, а како и јесте, тако се и назива, и уопште не би требало бркати различите речи, јер тако не би означавале појмове на које се односе. „Да, да, не, не, а што је више од тога, од злога је“ (Мт. 5, 37).

Гл. 10. И тако су Отац и Син као дан и ноћ, заједно, али не исто. Тако су Отац и Син, не Један Исти, да не би било да су обојица један, него су обојица другачији. Не како би хтели шупљоглави монархијанисти који кажу: „Он је Сам себе начинио Сином.“ Но, ако Отац претпоставља Сина и Син Оца, сваки од њих претпоставља другог, то онда ни на који начин не би могли да постају из себе за себе, да би, тобоже, Отац себе самога начинио својим Сином, а Син од себе самога направио Оца. Јер, све што је Бог установио, Он то

est autem habere, aliud esse: verbi gratia, ut maritus sim habeam oportet uxorem, non ipse mihi ero uxor. sic etiam ut pater sim filium habeo, non ipse mihi ero filius: et ut filius sim patrem habeo, non ipse mihi ero pater. ero enim me faciunt si habuero tunc ero, pater si filium habeam, filius ero si patrem. porro si ipse ero quid eorum, iam non habeo quod ipse ero, nec patrem quia ipse ero pater, nec filium quia ipse ero filius. in quantum autem alterum ex his habere me oportet, alterum esse, in tantum, si utrumque fuero, alterum non ero dum alterum non habeo. si enim ipse ero filius qui et pater, iam non habeo filium sed ipse sum filius. non habendo autem filium dum ipse sum filius, quomodo pater ero? habere enim filium debeo ut pater sim: non sum ergo filius, quia patrem non habeo qui facit filium. aequè si ipse sum pater qui et filius, iam non habeo patrem sed ipse sum pater. non habendo autem patrem dum ipse sum pater, quomodo filius ero? habere enim patrem debeo ut filius sim: non ergo ero pater, quia filium non habeo qui facit patrem. hoc erit totum ingenium diaboli, alterum ex altero excludere dum utrumque in unum sub

и одржава. Стога да би Отац био Отац неопходно је да има Сина, а да би Син био Син њему је потребно да има Оца. Једно је, дакле – *имајући*, а сасвим друго – *бијући*. Узмимо на пример: да бих ја био муж, мени је потребно да имам жену, јер не могу сам себи да будем жена, и баш тако, да бих ја био отац, требало би да имам сина, не могу сам себи да будем син, а кад бих био син, тада треба да имам оца, јер не могу сам себи да будем отац! Даље, ако ћу бити један од њих, тада већ не могу да имам онога, који сам већ, ни оца, уколико сам сâм отац, ни сина, уколико сам и сâм син. Уколико ми запада да имам једног од њих, а са друге стране да будем, утолико, ако будем један од њих, тада нећу бити други, јер другога немам. Ако ћу имати онога који чини мене оцем или сином, тада, ако имам сина бићу отац, а ако имам оца, онда ћу бити син. А немајући, дакле, сина, док сам и сâм син, како онда да будем отац? Треба, дакле, да имам сина, да бих био отац. Нећу бити отац ако немам сина, који управо чини од оца да буде отац! Ово ће зацело бити ђавоља обмана: изоставити једног од другога, док у исто време затварајући обојицу у једно под видом побожности у монархију, правећи неко осредње „ни тамо ни 'вамо“ по коме може бити Отац који у овом случају нема Сина и Син који исто тако

monarchiae favore concludens neutrum haberi facit, ut et pater non sit qui scilicet filium non habet, et filius non sit qui aequae patrem non habet: dum enim pater est filius non erit. sic monarchiam tenent qui nec patrem nec filium continent. sed nihil deo difficile. quis hoc nesciat? et impossibilia apud saeculum possibilia apud deum quis ignoret? et Stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientia. legimus omnia. ergo, inquiunt, difficile non fuit deo ipsum se et patrem et filium facere adversus traditam formam rebus humanis: nam et sterilem parere contra naturam difficile deo non fuit, sicut nec virginem. plane nihil deo difficile: sed si tam abrupte in praesumptionibus nostris hac sententia utamur, quidvis de deo confingere poterimus quasi fecerit, quia facere potuerit. non autem, quia omnia potest facere, ideoque credendum est illum fecisse etiam quod non fecerit, sed an fecerit requirendum. potuit, si voluisset, deus penam hominem ad volandum instruxisse, quod et milvis praestitit: non tamen quia potuit statim et fecit. potuit et Praxean et omnes pariter

може да нема Оца. А заправо, док је Бог Отац не може истовремено бити и Син! Ето, тако се залажу за „монархију“ они који не чувају ни Оца ни Сина! Ко још не зна да Богу ништа није тешко? (Уп. Мт. 19, 26) и ко не зна да „шта је људима немогуће Богу је могуће“? (Лк. 18, 27) и да је „Бог изабрао луде пред светом да би посрамио мудре“. (Уп. 1 Кор. 1, 27). Читали смо све то... И надаље, говоре јеретици да Богу није било тешко да самога себе начини и Оцем и Сином упркос уобичајеном људском поретку ствари. Тако Богу није било тешко да учини да неплодан роди, као што је и Дјева упркос природним законима.

И наравно да ништа Богу није тешко, а ако ми тако непромишљено будемо користили ту реченицу у нашим претпоставкама можемо о Богу уобразити свашта, као да је тобоже учинио све оно што је могао да учини по својој свемоћи. Па према томе, пошто он може да учини све, не треба веровати да је Он урадио оно што у самој ствари није учинио, него би требало испитати да ли је стварно Он то учинио. Бог, пак, може уколико хоће, да додели човеку крила за летење, која је дао змајевима. Али није то учинио само зато што то може да учини. Исто тако би могао да уништи Праксеја, а тако и све остале јеретике, мада их није сатро на основу чињенице што би најпросто могао да их уни-

haereticos statini extinxisse: non tamen quia potuit extinxit. oportebat enim et milvos esse et haereticos, oportebat et patrem crucifigi. hac ratione erit aliquid et difficile deo, id scilicet quodcunque non fecerit non quia non potuerit sed quia noluerit. dei enim posse velle est, et non posse nolle: quod autem voluit, et potuit et ostendit. ergo quia si voluit semetipsum sibi filium facere potuit, et quia si potuit fecit, font probabis illum et potuisse et voluisse si probaveris illum fecisse.

шти. А требало би тако аждајама и јеретицима! Јер, по њима, Отац треба да буде разапет?! Тако по њима произилази да ништа није тешко Богу, наиме и све оно што није учинио, а то није учинио, не зато што није могао, него зато што није хтео. Јер, за Бога је моћи штети, а не моћи не желети. И што је хтео, то је и могао, и то је и урадио. И стога, да је желео, сам Себе је могао да начини Сином и пошто је могао то би и учинио. Следи, доказиваћеш, да је Он и могао и хтео, само када би, паметњаковићу, могао да докажеш да је он то заиста и учинио!

*Са латинској превео
Радован Пилијовић*

Примљено: 5. 8. 2013.

Одобрено: 22. 8. 2013.